

BORUSSIA

siue
PRUSSIA.

BORUSSIA (cuius à vicinia Russorum nomen fortasse extitit) hac nostra ætate in Regiam & Ducalem distinguitur. Polonia Rex, utramque Vistulæ ripam, vsque ad illius ostia hoc tempore immediate possidet. Insula quoque Vistula & Nogato conclusa, & omnia ad Recentem sinum oppida & arces Elbinga, 42:42.54:11. Tolkemit. 42:56.54:21. Fravvenberga. 43:6.54:22. & Brunberga. 54:23.43:15. vsque ad Passariæ ostium: & tota VVarmienfis Diocesis ditio, ad meridiem ampla, & oppidis agrisque cultissima, vesica instar, mediâ in Ducali Borussia pendens, in Regis solius sunt potestate. Et si autem hæc Prussia Regi immediate subiecta, eodem cum Polonis regno continetur: tamen peculiare consilium publicum, leges, iudicia (à quibus tamen ad Regem prouocatio est) ærarium & belli gerendi rationem habet. Consilij huius Prussiae quatuordecim sunt. Duo Episcopi, VVarmienfis qui sedem suam habet in Braunsberg. 54:23.43:15. & Culmenfis 4:15 o.53:0. Tres Palatini, Culmenfis, Marieburgensis. 42:16.54:2. f. & Pomeranicus. Tres Castellani Culmenfis, Elbingensis. 42:42.54:11. & Gedanensis, **Dantisc** vulgo 41:50.54:22. totidemq; Succamerarij, & tres primariae ciuitates, Torunia in tab. Germaniæ 41:50.52:46. Elbinga 42:42.54:11. Dantiscum 41:50.54:22. Hi bis quotannis ad deliberationes & iudicia conueniunt, mense Maio Marieburgi **Wargenburg**. f. 42:16.54:2. ad Michaëlis Grudenti 41:50.53:22. Capitanei seu præfecti arcium & redituum regionum octodecim sunt: Marieburgicus, & in Palatinatu, Stumæ 42:15.53:53. Gneua, Meua 41:58.53:46. Stargardiæ 41:48.53:54. In Pomeranico, Slochouia supra Tucholam iuxta Bro. flu. Suezæ 41:32.53:15. Tucholæ 40:30.53:13. Derfania & Pusci in Culmensi, Brodnica. Grudenti 41:50.53:22. Radina, Reden forte 42:2.53:16. nisi sit G. Raden 42:48.53:21. Golbæ in tab. Germ. 42:10.52:46. Rogosna, **Xogenhausen**. f. 42:4.53:22. & alij tres.

Ducalis autem Borussia olim fratrum Crucigerorum Teutonici ordinis propria, sub Alberto Brandenburgico Ordinis Magistro in hereditarium Ducatum conuersa, & ab Imperio Germanico auulsa, in Polonia Regis fidem & clientelam anno 1525. concessit. Eius Princeps primum ac proximum Regi locum, in Consilijs, Comitijs & alijs conuentibus apud Regem Poloniae tenet. Si lites inter Regem & Ducem exoriantur, à Consiliarijs Regis iuramento nouo ad iuste iudicandum obligatis, Marieburgi aut Elbingæ dirimuntur. Nobiles autem seu alij contra Ducem actionem habentes, coram Ducis vasallis à Duce ad iudicium deputatis, eam instituunt, à quibus prouocatio ad Consiliarios Regis & Ducis Marieburgi confirmatos libera permittitur. Cæterum vnusquisque in iudicio vbi bona sita sunt, vel domicilium Reus habet, conueniri debet, nec ad extranea iudicia trahi aut arrecto detineri potest. Iudicium autem publicum quinque originarij nobiles & tres Iuriconsulti administrant. Iudices in prouincijs ita constituuntur, vt ex tribus à qualibet prouincia nominatis, Princeps vnum eligat: qui secundum ius Culmensis & constitutiones prouinciæ iudicet. Si contra priuilegia, libertates, iura, aut consuetudines Princeps faciat, nec ad preces subditorum factum suum emendet; Liberum est ordinibus prouinciæ absque vlla rebellionis aut seditionis culpa ad Regiæ Maiestatis Poloniae patrocinium confugere, & vi pactorum inter Regem & Ducem initorum, defensionem suorum priuilegiorum ab eo postulare.

Sunt etiã in Ducatu Borussiae duo Episcopi, Sambienfis qui Regiomonte, vulgo **Ronisperg** 44:5.54:42. & Pomesaniensis qui in Marienverder 42:4.53:40. sedet: quibus iurisdictio Ecclesiastica integra & non impedita in Academiam, Consistorium, Ecclesias, Pastores, Scholas & omnes causas Ecclesiasticas & matrimoniales, etiam facultas singulis annis visitandi & synodos particulares ad consensum in doctrina, in ritibus & in disciplina retinendum, permittitur. Delicta eorum Episcoporum Politica, per Ducem: Ecclesiastica vero, si in doctrina vel ritibus deliquerunt, per generalem Synodum cognoscuntur & puniuntur. Huius Ducalis Borussiae prouinciæ sunt *Naranga, Sambia, Regiomonte vrbe magna ornata 44:5.54:42. aula Ducalis sede, Academiaque & emporio celeberrimo insignis, Nadraua, Sclauonia, Sudouia, Gajndia Bartonis, Pogesania, Pomesania amplissima prouincia, & Soissaui.*

Meridiani distant ratione paralleli 54.
ad circulum maximum.

XXIV



PRVSSIA

Malaria germanica communis

Per Gerardum Mercatorem
Cum Privilegio

